

Eksamen LAT1401
Høstsemesteret 2020
16. oktober, 9-13 (4 timer)
Digital hjemmeeksamen

Du må svare på alle oppgavene.

Tekstutdrag A

Flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis in utram partem fluat iudicari non **possit**. id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis **transibant**. ubi per exploratores Caesar certior factus est tres iam partes copiarum Helvetios id flumen **traduxisse**, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse, de tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam partem pervenit quae nondum flumen **transierat**. eos impeditos et inopinantes adgressus magnam partem eorum concidit; reliqui sese fugae **mandarunt** atque in proximas silvas abdiderunt. is pagus appellabatur Tigurinus; nam omnis civitas Helvetia in quattuor partes vel pagos est divisa. hic pagus unus, cum domo **exisset**, patrum nostrorum memoria L. Cassium consulem interfecerat et eius exercitum sub iugum miserat. ita sive casu sive consilio deorum immortalium, quae pars civitatis Helvetiae insignem calamitatem populo Romano intulerat, ea princeps poenas persolvit. qua in re Caesar non solum publicas, sed etiam privatas iniurias ultus est, quod eius soceri L. Pisonis avum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio quo Cassium interfecerant.

Oppgave A

1. Finn ablativene i tekstutdrag A og forklar bruken av kasusen i hvert enkelt tilfelle.
2. Identifiser de følgende verbformene i utdrag A og forklar hvordan de er brukt: **possit**, **transibant**, **traduxisse**, **transierat**, **mandarunt**, **exisset**.

Tekstutdrag B

Ariovistus ad postulata Caesaris pauca respondit, de suis virtutibus multa praedicavit: transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et accersitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse; sedes habere in Gallia ab ipsis concessas, obsides ipsorum voluntate datos; stipendium capere iure belli, quod victores victis imponere consuerint. non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse; omnes Galliae civitates ad se oppugnandum venisse ac contra se castra habuisse; eas omnes copias uno a se proelio pulsas ac superatas esse. si iterum experiri velint, se iterum paratum esse decertare; si pace uti velint, iniquum esse de stipendio recusare, quod sua voluntate ad id tempus pependerit. amicitiam populi Romani sibi ornamento et praesidio, non detrimento esse oportere, idque se hac spe petisse.

Oppgave B

1. Finn dativene i tekstutdrag B og forklar bruken av kasusen i hvert enkelt tilfelle.
2. Gjør om disse setningene til **direkte tale**:
 - (a) ...transisse Rhenum sese non sua sponte, sed rogatum et accersitum a Gallis; non sine magna spe magnisque praemiis domum propinquosque reliquisse.
 - (b) ...non sese Gallis, sed Gallos sibi bellum intulisse.
3. Finn alle setningene i tekstutdrag B som ikke har Ariovist som subjekt (du kan kopiere dem fra teksten eller markere dem med understrekning). Oversett dem til norsk.

Oppgave C

1. Hvordan er første bok av «Gallerkrigen» bygget opp? Hvor hører de to tekstutdragene hjemme? Skriv en kort redegjørelse (maks. 200 ord).